



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 89. Plura loca a Cæsareo-Boico milite hostibus erepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Hungarorum millia in Misniam, ut Saxoniae Electorem a Bohemiae finibus averterent, immittere tentabat: Verum hæ copiae a Saxonico milite ad tuendam hanc Provinciam relicto repellabantur.

§. LXXXIX.

Plura loca a Cæsareo - Boico milite hostibus erepta.

Sub idem tempus Maximiliano Duci afferebantur Gabrielis Bethlemii litteræ, quibus Bavariam, si Dux Cæsaribus partes ultra sequeretur, ferro & flamma se vastaturum minitabatur: has tamen thronicas minas Dux nequidem responso dignas censebat: major vero Maximiliano metus erat a Mansfeldii copiis, quæ irruptionem in Bavariam tentabant, mox vero a copiis, quas Maximilianus Ductoribus Herlebergo & Haimhusio tuendæ Bavariæ reliquerat, unacum Mansfeldio Prædatorum suorum Principe Neohusium, & inde Pilsnam repulsæ sunt, suaque fuga Balthasari Maradæ Teiniam & Bucquio Hornam expugnandi opportunitatem reliquere: Interim Maximilianus die vigesima nona Augusti cum exercitu suo, cui sese Anassinus miles junxerat, Straboniziam pervenit, se-

*Diav. Anas-
sin. p. 39.
Annal. Boic.
p. 3. l. 5.
Merc. Gal-
lob. t. 9. l. 2.*

Sæc. XVII. ptima autem Septembris die promotis
 A. C. 1620. castris Neobelæ, qui locus utriusque
 exercitus lustrationi & conjunctioni de-
 signatus erat, substitit, ut lassatus mi-
 les tantisper respirare posset; quippe
 præter hostium infidias, viarumque
 anfractus tanta erat annonæ penuria,
 ut miles per plures dies impransus, &
 incænatus permanserit; quocirca ho-
 stes, nunquam prælii facta copia, sem-
 per recesserunt, spe freti, Bavaros aut
 fame, aut hyemis asperitate coactos
 ultra e Bohemia migraturos: insuper
 Bucquorius Comes non tentata dubii
 certaminis alea exercitum in hyberna
 esse ducendum censebat, solus tamen
 Maximilianus expeditionis celeritate
 inedium & hyemis injurias esse præ-
 veniendas ratus, absque mora Pragam
 petere decrevit, via tamen obliqua, ut
 consilium hostes lateret. Indicta igitur
 expeditione Pragensi in itinere cre-
 bræ cum hostibus velitationes habitæ,
 pluraque oppida & loca munita fuere
 intercepta, & quidem præprimis a Ba-
 varo Cæsari ad avertendos ab Austria
 Gaboristas submissæ auxiliares copiarum:
 Adacta ad deditionem Budna, Gil-
 lensteinia, Wodianum, & Pisseca di-
 repta, Grunberga ab Haslango supre-
 mo excubiarum Præfecto intercepta
 Buchemium, Wildberga, Taussium &
 Gla-

Glatovia subacta, Eggenburgum & Sæc. XVII.
 Rapsium, necnon Bragaditsium, a A. C. 1620.
 Bucquoio occupatum. Denique Piseca
 post quatrduanam obsidionem rursus
 expugnata, suspendio multæ perju-
 ris Nobilibus, civibusque. Eodem
 tempore Salisburgenses & Herbipolen-
 ses, quorum octo millia sese Bavaris
 junxerant, sub Baurii imperio Schut-
 tenhofium, intercepere: Bohemi quo-
 que, quibus Altenburgensis Monasterii
 custodia erat demandata, relictis Bo-
 hemorum stipendiis, signisque ultro ad
 Maximiliani castra transferunt, ii vero,
 qui ductore Anhaltino aliquot inferioris
 Austriæ arces, & oppida occupa-
 verant, nequidem expectato Cæsarei
 militis adventu in Bohemiam refugere.
 Die autem decima nona Septembris
 trecenti e Cæsareis, qui prædatum ex-
 currebant, ab hoste omnes intercepti
 sunt, pars cæsi, pars capti. Potiun-
 dæ etiam urbis Pilsnæ Bucquoio fece-
 rat spem Mansfeldius, de pretio dedi-
 tionis & reconcilianda Austriacorum
 gratia paciscens, qui tamen re ipsa per
 hujus nundinationis moram ulteriores
 in Bohemiam progressus retardare in-
 tenderat: unde Maximilianus Dux do-
 lum subodoratus, omiffa Pilsna, Stra-
 conizium versus contendit, ubi sese con-
 junxerant e Bavarix finibus sexies

Xx 4 mille

Sæc. XVII. mille sexcenti pedites, ac mille septin-
 A. C. 1620. genti Equites, quos Balthasar Mara-
 des adduxerat, postquam in itinere
 Risenbergam arcem bellico stratage-
 mate occupaverat.

§. XC.

*Haslangus Bellidux a rebellibus cap-
 tus, & pessime habitus.*

Substitit per aliquot dies Straconizii
 Boicus exercitus, ut annona oppor-
 tunius advehi, & ægroti milites cum
 aliis impedimentis in Bavariam trans-
 ferri possent. Erat inter eos Haslan-
 gus Baro, Vir genere, virtutibus, re-
 busque pro patria & religione gestis
 longe clarissimus, qui cum lectica ex-
 tra castra deportaretur, die decima se-
 ptima Octobris ab Hungaris, qui in in-
 fidiis latebant, intercipitur, e lectica
 violenter extrahitur, & veste nudatur,
 dein ægre spirans, spe pinguioris lytri,
 strigoso jumento vinctus imponitur, in
 hosticum revehendus: spoliatur sexa-
 ginta millibus florenorum, qui apud
 ipsum, ejusque comitatum reperti fue-
 runt: dein fit impetus in Præfectorum
 uxores a Viris suis in Bavariam mis-
 sas, quas hi prædones non modo bonis
 suis, sed & vestibus spoliarunt, nu-
 dasque a se abegerunt, atque e Stipa-
 toribus